IVLII PACII

IC. CLARISS.

ANALYSIS

Inſtitutionum Imperialium,

CVM SCHOLIIS.

Adiecta eſt in calce vtriuſque vna & altera

ANACEPHALÆOSIS.

Omnia nunc demum accuratè recognita, ab infinitis mendis caſtigata, & TEXTVS *Iuſtinianei,* INDICVMQVE, *&* AXIOMATVM *quampluriморum acceſſione illuſtrata.*

IOANNES FEHE I.C. recenſuit.

LVGDVNI,

Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & GVILIELMI BARBIER.

M. DC. LXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

NIC. FABRICIO D. DE CALAS ET DE PEIRETS, REGIO IN SVPREMO PROVINCIÆ SENATV Conſiliario deſignato,

IVLIVS PACIVS

S. P. D.

INSTITVTIONVM Iuſtinianearum libellum longè omnium, qui de iure conſcripti ſunt, vtiliſſimum eſſe ac maximè neceſſarium; eóſque operæ pretium facere, qui in eo perlegendo aſſiduè verſantur; ac prima iuris elementa, immò totius ferè iuris epitomen ex eo hauriendam eſſe, apud omnes in confeſſo eſt. Huius operis vtilitas & elegancia à multis veteribus recentioribúſque ſcriptoribus commentarios extorſit: quorum alij aliam methodum adhibuerunt, Accur-

IVLII PACII A BERIGA I.C.

JN ANALYSIM Inſtitutionum Imperialium.

PROLEGOMENA

De libris vtriuſque iuris.

IVs Romanum, quo vniuerſa ferè vtitur Europa, diuiditur in Ciuile, ſeu Cæſareum, & Canonicum, ſeu Pontificium; illud auctores habet Cæſares, id eſt, Imperatores: hoc autem Romanos Pontifices; & illud quidem dicitur *Ciuile*, κατ' ἐξοχὴν, cùm cuiuſcumque populi ius ciuile dici poſſit. *infr. de iur. natur. §. ſed ius quidem, verſ. ſed quoties. Cæſareum* verò appellatur: quoniam (vt dixi) auctoritatem à Cæſaribus accipit. Hoc dicitur *Pontificium*, quia conditum eſt à Romanis Pontificibus: & *Canonicum*, quia Patrum decreta & conſtitutiones

 eccleſiaſticæ

INSTITVTIONVM

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE.

TIT. I.

IVSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi.

1 § Iuriſprudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia.

2 § His igitur generaliter cognitis, & incipientibus nobis exponere iura populi Romani: ita videntur poſſe tradi commodiſſime, ſi primò leui ac ſimplici via, poſt deinde diligentiſſima atque exactiſſima interpretatione ſingula tradantur: alioqui ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi, multitudine ac varietate rerum onerauerimus: duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe enim cum diffidentia (quæ plerumque iuuenes auertit) ſerius ad id perducemus, ad quod, leuiore via ductus. ſine magno labore, & ſine vlla diſſidentia, maturius perduci potuiſſet.

3 § Iuris præcepta ſunt hæc: honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

4 § Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, publicum & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum

rei

Diagramma SVCCESSIONIS, in quo tum ex iure Inſtitutionum, tum ex iure *Nouell.* 118. quo quis ordine ſuccedat, facilè poterit inſpici.

SVCCEDVNT

- I. Ordine
  - Sui heredes ex lege xij. tab. & quaſi ſui (id eſt, emancipati, ex edicto prætoris, & deſcendentes ex femininis, ex conſtitutione Iuſtiniani) in ſtirpes. *Iure Inſtit.*
  - Liberi parentibus, in ſtirpes: *Iure Nouel.*
- II. Ordine
  - Legitimi,
    1. Filij & filiæ matri ex SC. Orphitiano,
    2. Nepotes & neptes auiæ, ex conſtitutionibus.
    3. Mater filiis & filiabus ex SC. Tertulliano. Sed cum ea admittuntur fratres & ſorores: ita vt ſi fratres cum ea concurrant, ſuccedatur in capita: ſi ſolæ ſorores concurrant, mater ſemiſſem accipiat, alter ſemis inter ſorores æqualiter diuidatur.
    4. Adgnati & quaſi adgnati (id eſt, fratres & ſorores emancipati, ex conſtitutione Anaſtaſij, & quorumcumque fratrum, vel ſororum filij vel filiæ, ex conſtitutione Iuſtiniani), proximiores in capita.
    5. Pater filio, quem emancipauit.

    Iure Inſtitutionum.
  - Parentes proximiores.
    - Vnà cum his admittuntur germani fratres, vel ſorores, & talium fratrum, vel ſororum filij & filiæ.
    - Si ſoli parentes ſint, æqualiter ſuccedunt, præterquam quòd ſi alii ſint adſcendentes per lineam paternam, alii per lineam maternam, illi ſemiſſem, hi alterum ſemiſſem obtinent.
    - Si vnà cum parentibus ſuccedunt fratres, vel ſorores, hereditas diuiditur in capita.
    - Si ſimul ſuccedant parentes, & fratres vel ſorores, & fratrum vel ſororum filii: hi ſuccedunt in ſtirpes, reliqui in capita.
    - Si ſimul ſuccedant parentes, & fratres vel ſorores, & fratrum vel ſororum filii: hi ſuccedunt in ſtirpes, reliqui in capita.
    - Si nulli ſint fratres, vel ſorores germani, filii & filiæ fratrum, vel ſororum excluduntur à parentibus.

    Iure Nouellarum.
- II. Ordine
  - Cognati proximiores in capita. *Iure Inſtit.*
  - Tranſuerſales,
    1. Germani fratres, vel ſorores, & talium fratrum filii, vel filiæ, in ſtirpes.
    2. Fratres, vel ſorores conſanguinei, vel vterini, & talium fratrum, vel ſororum prædefunctorum filii, vel filiæ, in ſtirpes.
    3. Alii adgnati, vel cognati ſecundum gradus prærogatiuam in capita.

    Iure Nouell.

IVLII PACII,
IC. CLARISS.
SELECTA
Ex INSTITVTIONIBVS *Imperialibus.*

Cum ANACEPHALÆOSI.

INDEX CAPITVM SERIE ALPHABETI.

Iuxta numerum paginarum.

A

De ACQVISITIONE *per arrogationem.* *pag.* 77
Actionibus. 135
Ademptione legatorum, & tranſlatione. 69
Adoptionibus. 9
Atiliano tutore. 16
Auctoritate tutorum. 17

B

Bonorum poſſeſſionibus. 75

C

Capitis diminutione. 14
Codicillis. 72
Curatoribus. 18

D

Diuiſione ſtipulationum. 84
Donationibus. 41
Duobus reis ſtipulandi & promittendi. 83

E

Emptione & venditione. 92